



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis
Expositio**

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Dispositio tractandorum, parag 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-40132

invalidum, sicut se gerat, proferat v. gr. verba extrinsecè, sed absque intentione faciendi verum actum, seu verum Sacramentum, non incurrit in Irregularitatem, quia actus procedens à ficta intentione non dicitur usus Ordinis. Si vero habeat intentionem verum actum, seu Sacramentum faciendi, sed ex defectu materiae, vel alterius circumstantiae Sacramentum non facit, probabilius putat in Irregularitatem incurtere, quia tunc ille serius, ac voluntarius conatus faciendi actum, abusus Ordinis est. Scio Prates, a putare etiam in hoc manu. de secundo casu non incurtere Irregularitatem, Irreg. d. s. c. sed, quia illum sequi, saltem tutius nolo, non 4. §. 1. n. 18. est necesse in re rata amplius immorari,

fol. 507. 18. Inquires Quinto. Si Sacerdos excommunicatus toleratus ad petitionem Fidelium non habentium v. gr. alium Sacerdotem, nisi hunc, celebret Sacrum die festo, ut si satisfaciant præcepto, potestne licet tunc celebrare, & effugere incursum in Irregularitatem? Supponimus autem ne is peccet, se posuisse in gratia saltem per contritionem.

b Castrop. de Cens. d 2 p. 8 n. 4. 19. Respondeo. Castropal. b videtur concedere his verbis: Ex quo sit, si dies occurrat festivus, neque adsit alius Sacerdos, qui Missam populo faciat, posse excommunicatum (unique toleratum) celebrare, quia presumunt Populus petere sacrificium necessarium pro præcepto audiendi Sacrum exequendo, ut bene Navarr. Filluc, Bonacina, Hæc Castropalaus.

Inquires Sexto. Si is, cui est interdictus ingressus in Ecclesiastria, celebret, incursetne in Irregularitatem?

Respondeo. Incurset, quia abhuc tunc violat Censuram, ut habes apud Suarium, & aliosque,

c Suar. de Cens. d 35. fe 4. Lead. de Interd. d. 7 ferè per 19144m.

§. IV.

Quis dispensari in prædictis ex abuso Ordinis?

I. Irregularitatem contractam primo modo ex dictis §. 1. hoc est ex furtiva Ordinum susceptione, si tamen ea contrahitur, est dispensabilis ab Episcopo, si non præcessit prohibitus excommunicationis. Id quo modo se habeat, dixi in Tractatu de Ord. c. 12. à num. 34. & videri potest Thesaurus de peccatis Ecclesiasticis p. a. V. Ordo cap. 7. præsertim §. Adversus Secundo. Quando autem crimen est oc-

cultum, dispensari semper posse ab Episcopo sic concedente a Tridentino, jam non igno-
ra. *fol. 508.*

2. Irregularitatem contractam secundo modo ex dictis in eodem §. 1. hoc est ex Ordine suscepito ab uxorato, tunc solum potest Episcopus dispensare, quando sic ordinatus ingredetur Religionem, mortua jam uxore, vel perpetuo divortio celebrato.

3. Irregularitatem denique contractam ex usurpatione Ordinis, quem non habes, vel ex prava administratione Ordinis, quem habes, de qua dictum est §. 2. & 3. à solo Pontifice dispensatur, nisi, quando est occulta, quæ potest ab Episcopo ex dicto Tridentino.

C A P U T . X V.

De Irregularitate ex occidente hominis.

§. I.

Dispositio eorum, que in hoc capite sunt tractandas.

1. *V* T ex Ordine progrediamur, Agam hic Primo, de Homicidio casuali, præter intentionem, & quidem physice commissio. Secundo, de eodem casuali, sed moraliter commissio, id est orto ex mandato consilio, &c. ad aliud, quam ad homicidium.

Tertio, de physice, & quidem iniuste commissio ex intentione, id est de Homicidio voluntario.

Quarto, de eodem voluntariè commissio moraliter, per mandatum, consilium, &c. Quinto, de mutilatione, que etiam ipsa causa Irregularitatis est.

Sexto, de occidente justè patrata à Ministris Justitiæ.

Septimo, de eadem justè patrata à Militibus in Bello.

Octavo, de eadem commissa in sui defensionem.

In te sexcentis nodis implexa lucem nobis præferat Lux æterna.

De Irregularitate ex homicidio casuali.

§. II.